

1764, 20.

S P E C I M E N
I V R I S C O N T R O V E R S I
D E
I V R E E X P E L L E N D I
L E G A T U M
G E N T I S L I B E R A E
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG. SOCIO
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
DIE XXIV. MART. ANNO CICICCLXIV.
D E F E N D E T
G O T T L O B H E I N R I C H S C H Ü M B E R G
B V D I S S. L V S A T.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

38

LIBRÆ EXPELLENDI
LEGATVM
GENITÆ LIBERÆ
ILLUSTRISS. ICTORVM ORDINIS GRATIA
PARS IDE
D. CHRISTIANO HENR. BREUNING
IN AUDITORIO PETRINO
die XXII. Mart. anno CCCCXIX.
DE EENDET
COTTAGE HEINRICH SCHÜMERR
TYPIS
IN OFFICINA LAMMENS



SPECIMEN
IVRIS CONTROVERSI
IVRE EXPELLENDI LEGATVM
GENTIS LIBERAE.



§. I. Legatos non minus maiestatis esse procuratores, ut ipsius gentis seu populi summam curam ipsa habet maiestas, indubitatae fidei est. An vero aequo necessarium sit, ac vtile legati officium, dubitari posset. De utilitate non est, quod dubitemus. Dixit satis CALLIERES in Tractatu cui Titulus: *de la manière de negocier avec les Souverains Chap. II.* Videtur summam utilitatem his comprehendisse verbis Vir ipsis legationibus non minus ac doctrina illustris: *Un habile Negociateur fait profiter des diverses dispositions et des changemens, qui arrivent dans le pays où il est, non seulement pour y traerfer les deffaisns contraires aux intérêts de son Prince, mais encore pour y acheminer d'autres deffaisns, qui lui sont auantageux, et il y produit par son industrie des changemens favorables aux affaires, dont il est chargé; une seule conjoncture bien mise en oeuvre, est capable*

¶ ¶ ¶

de récompenser au centuple le Prince qu'il sert; de dépenses mediocres, qu'il y a faites pour etre bien instruit de ce qui se passe chez tous ses voisins et les liaisons, que ses Negociateurs habiles et bien choisis font dans les driers pays où il les envoie, ne peuvent manquer de lui etre très utiles à plusieurs usages pour le present et pour l'avenir. caet. Sed quid de necessitate? Si dicendum quod res est, equidem forsitan dari posset in statu gentis monarchico ipsum principem cum vicinae gentis maiestate negotia tractare posse publica, quale quid interdum contigisse legimus. At quid de gente, cui aristocraticum aut democraticum imperium placet, dicendum? imo nec principes suae gentis causas apud aliam gentem tractare posse vel inde patet, quod difficile imo interdum reipublicae periculorum admodum foret, vt is, cui salus gentis curanda, inter alias gentes interdum longe dissitas commoretur. Imo quod disceptationes de proedria et trecentis aliis solennitatibus interdum oriuntur, quae difficultatem redderent tractationem causae ab suo principe suscepitam. Quae cum ita sint, non quidem negabo interdum e bono gentium fore, si ipsae maiestates suas tractare possent causas; tamen pariter ex supra dictis patet in plebisque causis legatorum munus necessarium esse.

§. II.

Venit inde vt munus hocce legati semper interque omnes gentes fuerit quam valde honorificum atque illustre. Et quamvis temporum successio varios legatorum ordines inueniret, quorum omnium vna solet esse ratio et causa, vt suae scilicet gentis causas agant apud aliam gentem aequa liberam, quique externis honoris atque dignitatis signis inter se differunt, tamen omnium munus semper cum honore coniunctum est. Neque negandus est suus honos iis, quos Residentes vocant qui quidem iis signis et ceremoniis honoris atque dignitatis non frumentur,

* * *

untur, quibus Ambasciatores et secundi ordinis, quos Enuyés
vocant.

5

§. V III.

Non animus est, singula ordinum illorum iura, priuilegia atque honores enarrare, quippe hæc pagellæ tam illustris causæ tractationem haud caperent, imo iam fatis dixerunt ii, qui de legatorum iure utrissimum amplissimasque tractationes scripsere, neque inquiram, an in omnibus partibus exhausta absolutaque sit illa doctrina, de quo valde adiuc dubitarem. Dicamus tantum de iure expellendi legatum.

§. V. IV.

Sanctos esse atque inuiolabiles legatos aiunt, et recte. Neque id mirum, cum omnes a natura sancti et inuiolabiles sint homines, ita, vt ob legis naturalis prohibitionem a nemine turbari laetique debeant, nisi simul transgrediantur naturae legem. Sed nec ex sua tantum persona communique omnium hominum iure ab omni violatione sunt immunes, verum quod gentem personam mysticam eiusque maiestatem represeñtent, maior eorum erit sanctitas atque immunitas ab omni violatione. Neque ex alio fonte hanc ipsam legati sanctitatem aestimem, quam ex ipsa applicata naturalis iuris lege ad liberarum gentium facta. Sicut enim in omni (non tantum naturali) statu homines a violatione immunes lege pronunciantur, prohibet scilicet: ne quem laedas, ita ipsæ quoque gentes, quæ compositum corpus constituant seu mysticum, at morale, alio iure frui nequeunt, quam eo quod omni humano generi proprium est, ne quis gentem laedat. Est vero legatus gentis procurator, qui ipsam gentem represeñtat illius causas orando atque agendo; minori vix gaudeat sanctitate, quam ipsa sua gens, necesse est. Neque vero eorum adstipulari possim opinioni, qui forsitan vel ex gentium institutis, quæ ius certum nunquam facere possunt, imo haud raro ab ipsis gentibus negliguntur,

A 3

vel



vel ex admissione legati sanctitatem deducunt, hi enim exemptionis a subiectione iura confundunt cum ipsa sanctitate.

§. I. V.

Diximus, a sola admissione, quae pactum continet, pendere legati exemptionem, quare si vel non admissus sit, vel admissus quidem ea conditione, ne sit exemptus a subiectione, in quam conditionem gens mitteat consenserat, cessabit omnis illa exemptione. Quae si recte se habent omnia, facile reddi potest ratio omnis immunitatis a nexu vinculi ciuilis in illa gente, ad quam missus est legatus. Viuit itaque apud gentem in cuius territorio sua gentis negotia tractat, in statu libertatis et aequalitatis, maxime ob illam, quae statu naturali gentis propria est, aequalitatem. Neque vero haec ipsa exemptio, haec libertas atque aequalitas legati tollit vinculum illud ciuale, quo suae genti obstrictus tenetur. Manet inter suos ciuios, si ex horum numero ablegatus est; est vero liber respectu gentis, in qua commoratur tanquam legatus.

§. VI.

Quare facilis est decisio, quo, si laedit legatus gentem, foro vtatur. Plerorumque sententias collegit atque examinavit *Corn. v. BYNKERSHOEK de Foro legator. cap. XVII.* qui tamen probare videtur sententiam *GROTIUS de Jur. Belli et Pac. L. II. cap. XVIII. §. IV. n. 5, et 6.* quae haec est: *Si tale sit delictum, quod condemnari posse videatur, aut dissimulandum erit, aut e finibus inwendus excedere legatus. Si crimen sit atrocius et ad publicum malum spectans, mittendus erit legatus ad eum, qui misit cum postulato, ut eum puniat aut dedat.* Imo ipse met Grotius arbitratur permisum esse, ut obuiam eatur imminentia periculo, si nulla alia sit ratio idonea et retineri et interrogari legatos posse. Videamus, an haec omnia recte se habeant. Loquitur Grotius primum de delicto *quod condemnari* potest. At quale illud est? Me iudice talia ignorat delicta ius naturae,

Ethica

Ethica forsan laesiones agnoscit, quas ex animi magnitudine recte vindicare negligimus. Dein cum *dissimulandum* esse arbitretur, rectus est si ex regulis prudentiae iudicatur, non vero ex naturae legibus idem sentiendum videtur. Tandem non satis accuratus est Grotius, qui in imminenti periculo *retineri* et *interrogari* legatum posse affirmat. Haec valde obscura; qualis enim sit illa retentio et quale illud examen? Putauerim nunquam legatum responsurum, qui interrogantem non agnoscit competentem iudicem. Non negauero eundem legatum in periculo imminentia posse captiuum fieri; ita enim oportebat ex Iure Gentium, ne amplius scilicet nocere possit, et postea vel a gente mittente satisfactionem petere, vel si neget simulque laesiones sic illatas approbet, hostiliter tractare, aut si malit laesa gens expellere; vel si satisfactionem gens mittens promittat, genti sue tradere. Hinc ex parte recte adserit *Corn.*
v. BYNkershoek cit. loc. in grauioribus delictis expulsionem legati praferendam esse.

§. VII.

De hoc ergo expellendi iure dicendum. Non permittit breuitas libelli latiori stilo rem tractare: breuiter potius controversiam dabimus. Arbitror nunquam neque ob utilitatis solam rationem, nec ob inde quod legati mores displiceant genti ad quam missus, nec ideo, quod conditions a legato oblati non approbentur expelli posse, nisi admissionis pactum et legationis forma id permittat. Hinc non satis distinet, ut alias solet, item definitius *Perill.* *G v TSCHMID* diss. de *praerogat. ordin. inter legatos* §. XVIII. Scripsérat: *Si ergo qui admiserat legatum, sua interessè existimet, finiri, aut absolute, aut negatis, quas proponit conditionibus legationem, siue id allegantis, siue legati causa placuerit, significare potest legato, ut territorio excedat.* Quis non exinde concluderet in solo arbitrio gentis seu illius maiestatis, ad quam missus est, positum esse,



esse, quo vsque velit legati praeſentiam tolerare? At quis ſibi
persuadeat, pactum admissionis vni lateri diſenſu ſine iuſtitiae
laeſione, poſſe tolli, quod fierit, ſi ob id, quod intereffe vt
vocant conueniens eſſet, vt gens legatum admissum excedere
iuberet. Poterat non admittere, at admissum non eiiciat le-
gatum, niſi iuſtae cauſae adſint. Quae vero ſint illae iuſtae
cauſae? Mox videbimus. Cum admissus legatus ſolo iure gen-
tium conſideretur in ea, ad quam miſſus eſt gente, omnes il-
lae cauſae tantum iuſtae erunt, ob quas pactum ſuam amittit
vim ſuamque obligationem. Hoc vero fiet, ſimulac laeſio in-
terueniat, hoc eſt, ſimulac vel aliquid legatus conetur, quo
gentis iura libertatis, aequalitatis, pacis et quae alia ſunt
acquisita turbentur vel ſi inter utrasque gentes bellum oria-
tur. Quod ſi ergo turbas excitet, populum contra ma-
ieſtatem concidet, ciues neglecta maieſtate ſua in ſuis iuri-
bus turbet, hoſtiliter traſcet, contra pacta agat, promiſſa non
adimplete; hiſ omnibus fiet gentis, ad quam miſſus eſt, hoſtis,
ſuamque amittit ſanctitatem atque inuiolabilitatem, (caue ad-
das immunitatem ab imperio, nam hoſtiliter agenda non fit
ſubditus, cum prius conditio libera confeſſa.) Hac vero amit-
ta erit in arbitrio gentis, ad quam miſſus, an expellere malit, an
vero per gentem, quam repraeſentauerat ſatisfactionem petere,
quod posterius rectius fuſt, niſi ipſa gens interim miſſo legato
hoſtis facta, quo facto ſemper, ni velit diſcedere, recte eiiciet.
Neque legati laeſio, ſemper genti imputabitur, niſi
facta legati vel expreſſe vel tacite approbet. Quod ſi vero
contingat, vt vel utilitati minus conueniat legati praeſentia,
aut conditiones propositae diſpliceant, aut legatus ipſe in-
tolerabilis videatur, magis eſt, vt a gente mittente petat il-
lius reuocationem; quo nulla metuenda laeſio. Sed haec
ſatis, cum breuitas plura non admittat, forſan alias plura.



Leipzig, Diss., 1764




3

f

TAZOL

nur 31. Stck. Bücher verknüpft

VD18



Farbkarte #13

S P E C I M E N
I V R I S C O N T R O V E R S I
D E
**I V R E E X P E L L E N D I
L E G A T V M
G E N T I S L I B E R A E**
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVSEBVRG. SOCIO
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
DIE XXIV. MART. ANNO C I C I D C C L X I V .
D E F E N D E T
G O T T L O B H E I N R I C H S C H Ü M B E R G
B V D I S S. L V S A T.
L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

38